Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster

aspide ut quocumque alio animali venenoso morsus
ut lesus fuis salua tua serpentem et non alium
valeas saluare et curare quam tibi gratis concedimus
et pro deo damus In nomine patris et filii et spiritus sancti
Et si quis aut tunc alium curat per serpentem tunc
curans graciam amittit Deinde si tunc proficit
illi qui curat De insula Sardinia A insula
corsica navigatur ad Sardiniam insulam valde
nobilem et bonam et per optime fertilem et multum
pecoribus pascuis et lacticinijs specialiter habundantem
excepto vino quod ibidem aliunde deportatur
In hac insula quondam corpus beati Augustini requie-
uit et exinde per regem lumbardorum in papiam
est translatum De hac insula est sanctus machorius
cum heremitas nominatissimus fuit ortus hec insula
quondam fuit pysanorum Sed rex arrogonie
ipsis abstulit violenter non tamen omnes ciuitates
habet Est una pulchra nomine Castelle Cal et ipse
habent est quedam castellum nomine bonayre ad hac in-
sula Anno domini M° ccc° xli° circa festum ascensionis
domini validissima et ferocissima subitanea tem-
pestate tunc maxima navem meam perveni ita
quod per viam quam per tempestatem navis ab hora